Quid ergo te parē faciet certe animꝰ rōnis bonus ⁊ magnꝰ. Nihil aliud notes ꝙ deū in humano corde hoſpitatum.

Multū noſcit qui ignorat ꝑncipia totiꝰ operis

Ad philoſophiam te transfer ſi vis eſſe ſanus: ſi ſecurus: ſi liber.

Si vis omnia tibi ſubijcere: te ſubijce rationi. Multos enim reges: ſi ratio te rexerit.

Arma rationem: ipſa enim contra foꝛtiſſima te armabit.

Plurimū pꝛoficit ſermo: qui paulatim irrepit animo.

Remedia nō pꝛoſunt: niſi minoꝛentur.

Plato ait: neminē regē ex ſuis eſſe oꝛtuꝫ: ſed omnia iſta varietas miſcuit: ⁊ ſcoꝛſū ⁊ deoꝛſum: quia foꝛtuna iactauit.

Non refert ꝙ multos libꝛos: ſed quā bonos habere.

Virga omne murmur compeſcitur.

Philoſophia pꝛomittit mihi vt me parē deo faciat.

Pūctus eſt qđ minimꝰ: ⁊ adhuc pūcto minꝰ.

Dociles nos natura edidit: ⁊ rōnem nobiſ dedit imperfectā: que tamen perfici poteſt.

Omnia impedimenta dimitte: ⁊ váca bñ mēte apud pholoſophiam.

Ad philoſophiā totā mentē cōuerte: huic aſſide: hanc cole: ⁊ tunc ingens interuallum ē inter te ⁊ homines: omnes moꝛtales tu antecedes: ⁊ dij non multum te antecedent.

Ocium ⁊ ſolitudo non decent bonum.

Subtilitas eſt ſine facultate.

Omnia nemo habere poteſt.

Singulis rebus modum adhibeas.

Omnis ars eſt imitatio nature.

Conceptus coꝛdis certa eſt libertas.

Non ex defoꝛmitate coꝛpoꝛis fedatur animꝰ ſꝫ ex pulcritudine anime ſedatur coꝛpus.

Homo nihil aliud eſt ꝙ in coꝛpus humanum diuini ſpiritus pars immerſa.

Nullum malum ſine effugio.

O ꝙ cōtempta res homo: niſi ſupra humum ſe erexerit.

Nulla victoꝛia maioꝛ eſt: ꝙ vitia domuiſſe.

Principiū in rebus humanis eſt arigere animū ſupꝛa ⁊ pꝛomiſſa foꝛtune: ⁊ leto animo aduerſa poſſe tollera.

Sapoꝛ pabuli manet in lacte: vis vini in aceto ꝙ nulla res eſt que non ſapit naturam ex qua naſcitur. ⁊ cetera.

Autoꝛitates libꝛi ſenece de moꝛibus.

Omne peccatum actio voluntaria eſt.

Diſciplina: bonos moꝛes facit.

Id ſapit vnuſqſqꝫ quod didicit.

Bona conſuetudo excutere debet: quod mala inſtituit.

Bene decet loqui. bene decet tacere.

Quod animaliū virtuoſiſſimū eſt hoī: alter hō

Doloꝛ patientia vincitur.

Libentius audias ꝙ loquaris.

Quod tacitum eſſe velis: nemini dixeris.

Monſtro ſimilis eſt auaritia ſenilis.

Quid tibi dulciꝰ ꝙ habere amicum cum quo omnia ſic tecū loqui audeas.

Prius ꝙ ꝓmitas delibera. ſed cum pꝛomiſeris ſtatim facias.

Nil petas quod negaturus fuiſti.

Pacē habeas cū hominibus: bellum cū vitiis

Bonū ē laudari ſed pꝛeſtātiꝰ eſt eſſe laudabile

Que ſūt maxie diuitie: nō deſiderare diuitias

Quis plurimum habet: nimiū cupit.

Que eſt maxima egeſtas: auaritia.

Quis eſt pauper: qui ſibi videtur pauper.

Spes pꝛemii ſolatium facit laboꝛis.

Qualis materia: talis oꝛatio.

Pecunie vſum habere opoꝛtet. ſed ei ſeruire non opoꝛtet.

Diuitiis vtendū eſt. ſed eis abutendū nō eſt.

Foꝛtioꝛ eſt qui cupiditatē vincit. ꝙ qui hoſteꝫ vincit.

Vbi eſt confeſſio ibi remiſſio.

Quietiſſimā vitam agerent homines. ſi hec ꝓnomina tollerentur. meum. ſ. ⁊ tuum.

Mihi crede non potes eſſe diues ⁊ felix.

Auribus frequētius vtere ꝙ lingua.

Quicquid dicturꝰ es anteꝙ aliis dixeris: tibi dicas.

Qui neſcit tacere neſcit loqui.

Scire vti paupertate. maxima libertas eſt.

Nunquam ſcelus ſcelere vincendum eſt.

Peioꝛa ſunt tecta odia. ꝙ aperta.

Auctoꝛitates ſenece ex libꝛo de foꝛmula vite.

De duobus diffinias. ſed ſuſpenſa tene ſubſtantiam. i. ſententiam.

Mendatium ſpecie veritatis occultes.

Que apud te habes. nō tanꝙ aliena ſeruabis ſed ꝓ te tanquā tua diſpone ⁊ vtaris.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf